



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

Svmmarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

*Farinacc. quest. crim. q. 8. num. 48.  
& alij apud Bonac. de legib. disp.  
10. q. 2. pun. 1. §. 1. vers. limita tamē  
primo.*

## C A P. III.

An familia Episcopi gaudeat  
priuilegio fori.

S V M M A R I V M.

1. Famuli, familiares, & coloni partiarij Episcoporum gaudet priuilegio fori.
2. Quid si dietim seruant.
3. Eodem priuilegio gaudent ministri Curiae Episcopalis, ut Fiscales, Notarij, Nuncij, satellites, custodes carcerum, & similes.
4. Item famuli Episcoporum titularium.
5. Item familia Vicarij Episcop. 2
6. Item famuli aliorum Pralatorū habentium territorium, & iura episcopalia.
7. Item familiares Inquisitorum.
8. Sententia Loccatelli reprobatur.
9. Familiares Episcoporum fori priuilegio gaudent in omnibus delictis.
10. Quando famuli familiarium Episcops gaudeant priuilegio fori.
11. Famuli, seu servi ecclesiarum vel Hospitalium eodem priuilegio gaudent.
12. Item pueri seruientes ecclesie in missis celebrandis.
13. Item Clerici, vel Diaconi, quos in Regno Neapolitano vocant saluaticos.
14. Quando huiusmodi Clerici, seu Diaconi ab eorum officio possint remouersi.



Omninis est Doctorum sententia, quod famuli, familiares, & coloni partiarij Episcoporum pro tempore seruitij gaudent priuilegio fori tam in causis civilibus, quam criminalibus, etiam si sint meri laici ita ut coram Indice ecclesiastico conueniri, & ab eo puniri tantum debeant, ut tradunt omnes in cap. fin. de offic. Archid. Abb. in cap. 2. num. 6. de for. compet. Bur. sat. cons. 25. per tot. lib. 1. Capyc. dea. 12. nu. 1. Clar. S. fin. q. 35. vers. quare numquid Boff in in tit. de for. compet. num. 127. & ita declarauit Sac. Congreg. super controv. iurisdict. ut resert sperell. decis. 42. num. 21. Loccatell. de quest. Iudic. inspect. 5. num. 140. & seq. dummodo seruant personæ Episcopi per aliquod tempus considerabile, securi si dietim, ut dicit Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cas. 562. num. 14. Vulp. in Prax. Iudic. for. eccles. c. 41. num. 50. Gratian. discept. 341. numero 4.

Amplia n. ut eodem priuilegio gaudeant ministri Curiae Episcopalis, quales sunt Fiscales, Notarij, Nuncij, satellites, Custodes carcerum, & similes etiam in delictis extra officium commissis Barbos. de offic. & pot. Episc. p. 3. all. 107. num. 9. & seq. Ricc. in collect. decis. 2658. par. 7. & in Prax. for. sc. clef.